ea veritatis quam fortiter ser
vans male amanti domine
et male credulo domino men
tiri veste etiam derelic
ta de manibus attrahentis
non consensit ad stuprum.
Sexto autem anno .vii. anno
rum sterilium iacob in egypto
cum suis omnibus venit ad
filium agens annos centum
et .xxx. sicut interroganti
regi ipse respondit cum
.xxx. et .ix. ad .xxx. est quos
agebat quando a rege ho
noratus est additis .vii. ub
ertatis et duobus famis. v.

His temporibus rex ar
givorum apis navi
bus transvectus in egyptum
cum ibi mortuus fuisset factus
est serapis omnium maximus
egyptiorum deus. Nominis au
tem huius cur non apis etiam
post mortem sed serapis ap
pellatus sit facillimam ra
tionem varro reddidit. quia
enim archa in qua mortuus
ponitur quod omnes iam sarco
fagum vocant. soron dicitur grece
et ibi eum sepultum vene
rari ceperunt priusquam tem
plum eius esset institutum ve
lut soron apis sorapis pri
mo. deinde una littera ut
fieri assolet commutata sera
pis dictus est. Constitutum
est etiam de illo ut quisquis
eum fuisse hominem dixisset
capitalem penderet penam
et quoniam fere in omnibus tem
plis ubi colebantur isis et
serapis. Erat etiam simula
crum quod digito labiis impres
so admonere videretur ut si
lentium fieret hoc significare idem
varro existimat ut homines
eos fuisse taceretur. Ille autem
bos quem mirabili vanitate de
cepta egyptus in eius honore deli
ciis affluentibus alebat quoniam
eum sine sarcofago vivum ve
nerabantur apis non serapis
vocabatur. Quo bove mor
tuo quoniam querebatur et reper
iebatur vitulus coloris eiusdem
hoc est albis quibusdam maculis
similiter insignitus. mirum
quiddam et divinitus sibi pro
curatum esse credebant. Non enim
magnum erat demonibus ad
eos decipiendos phantasiam
talis tauri quam sola cerneret
ostentare vacce concipienti
atque pregnanti. unde libido
matris attraheret quod in eius fetu
iam corporaliter appareret
sicut iacob de virgis vari
atis ut oves et capre varie
nascerentur effecit. Quod enim
homines coloribus et corporibus
veris hoc demones figuris
fictis facillime possunt ani
malibus concipientibus exhibere. vi.

Apis ergo rex non egypti
orum sed argivorum
mortuus est in egypto. Huic
filius argus successit in re
gnum ex cuius nomine et argi
et ex hoc argivi ap
pellati sunt. Superioribus

Cod. AA 90 (24)